Q. B. V.

Quæſtiones aliquot ſelectiores

Ex

JURE FEUDALI

DEPROMPTAS

In Almâ Argentoratenſium Univerſitate,

Deo clementer adjuvante,

PERILLUSTRIS DOMINUS

ECKUNBERTUS, CAMERARIUS de Wormatia, L. B. à Dalberg/

Auctor & Reſpondens,

SOLENNIS exercitÿ gratiâ

Proponit

PRÆSIDE ME

GERARDO von Stöffen/

U. J. D. & Inſtit. Imperial. P. P.

d. 24. Menſis Maÿ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Literis JOHANNIS PASTORII, M. DC. LXXI.

Eminentiſſ.° & Celſiſſ.°

PRINCIPI & DOMINO,

DOMINO

JOHANNI PHILIPPO,

S. Sedis Moguntinenſis ARCHIEPISCOPO, S. R. Imperij per Germaniam ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO Herbipolenſi & Wormatienſi, DUCI Franconiæ &c. &c.

DOMINO meo Clementiſſimo,

Vitam & proſperrima

Votorum

Incrementa!

EMINENTISSIME & CELSISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME,

D*Ivinas pro ſalute publicâ curas Tuas Thematibus hiſce Academicis interpellare, ne-*

fas ducerem, niſi ſingularis Tuus & gratioſiſſimus in ſacrarum legum ſcientiam ejusdemque ſequaces amor atque propenſio temeritati meę anſam præberet & huic auſui veniam polliceretur. Præterquam enim quod excelſi muneris Tui ſit, pro perenni patriæ pace inſomnes agere noctes; nemo ſanè eſt, quem lateat, quantâ ſemper benignitate inter has publici officij Tui ſollicitudines univerſæ rei literariæ promoveris incrementum. Teſtantur hoc vetuſtiſſimæ Germaniæ Academiæ providentiâ Tuâ juxtà & vigilantiâ partim conſervatæ, partim reſtauratæ; quæ certè uti meritis Tuis

pluri-

*plurimùm ſe debere profitentur, ita Virtutum Tuarum præconia æternitati conſecranda ad ſeræ poſteritatis memoriam transmittent. Sed & illis ſilentibus præconis vices ſupplebit tota Germanica natio, poſt tricennales miſerias vix priſtinæ quieti reſtituta, cumque novis ſubinde diſſenſionibus dehiſcere quaſi & labefactari videretur, optimis E.*mæ *CELSITUDINIS T. conſiliis poſt DEUM & qui DEI munere in terris fungitur, AUGUSTISS.*mum *IMPERATOREM in pace hactenus confirmata. Nemo quippe Principum (abſit dicto invidia!) majori labore & dexteritate amolitus eſt ea, quæ*

illi turbandæ videbantur ſufficere ; & nemo quoque Principum eſt, qui meliore fato & felicitate ſuppeditavit remedia, in conſtantiam & perpetuitatem publicæ quietis profutura. Floret Germania & facili negotio adverſarios triumphat tantis Moderatoribus, qui erga ſuos pietate, æquanimitate erga exteros, juſtitiâ erga omnes, inter Chriſtiani orbis decora eminent; qui in rebus dubiis ſolatium, in lætis moderationem tempeſtivâ afferre prudentiâ norunt. Has in Te dotes, E.me PRINCIPVM, illi ipſi ſuſpectant & vel inviti deprædicant, qui opulentam Germaniæ noſtræ fortunam

ager-

ægerrimo animo intuentur. Ego verò illas venerabundo potiùs ſilentio admirabor, quàm ut iis dignè concelebrandis me parem fore confidam. Gloriabor tamen, omnia mihi nunc liquido obtigiſſe auſpicio, ſi non ſolùm ad communem ſalutem pertinentium meritorum Tuorum inſignia, ſed eorum quoque, quæ ab E.^ma^ CELSITUDINE *T. in familiam Dalbergicam ſingularis Clementiæ luculenta extant indicia, Theſium harum devotiſſimâ inſcriptione liceat revereri. Supremus rerum Arbiter, qui hucusque ſecundiſſimo conatus Tuos ſucceſſu beavit, lætiſſimam porrò Tibi ſene-*

ctutem,

ctutem, novosque cum prodeuntibus annis triumphos benignè largiatur! quæ publici pariter ac mei voti ſumma eſt, qui E.^mæ CELSITUDINI T. me totum humillimè mancipo,

EMINENTISSIMÆ
CELSIT. T.

Argentorati
d. 24. Maÿ St. V.
anno CIↃ IↃCLXXI.

ſubmiſſiſſimè
devotus

Eckunbertus, Camerarius de Wormatiâ
L.B. à Dalberg.

Quæſtiones aliquot ſelectiores
Ex
Conſuetudinibus feudalibus
Loco
DISPUTATIONIS SOLENNIS
DEPROMPTÆ.

QVÆSTIO I.
De
Origine Juris Feudalis.

I.

NIhil æquè vim Legum labefactat, quàm contemptus & irreverentia ſubditorum. Rectè *Julianus*, cavendum, ne inane & eluſorium ſit Prætoris edictum; in *l. fin. ff. Ne quid in loc. public. l. ſi Prætor. 75. ff. de judic.* & *Ulpianus*, Omnibus Magiſtratibus, docet, ſecundum jus poteſtatis ſuæ conceſſum eſſe, jurisdictionem ſuam defendere pœnali judicio, in *l. un. pr. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* Appoſitè *Pomponius*: per eos, qui juri dicendo præſunt, effectus rei accipitur. Quantum eſt enim, jus in civitate eſſe, niſi

ſint, qui jura regere poſſint? in *l.* 2. *§. poſt originem.* 13. *ff. de O. I.*

II.

Hinc procul dubio Veteribus Legum architectis ſolenne fuit, earum originem Diis vel Deabus acceptò ferre; & ideo colloquia cum divinis mentibus ſimulaſſe, ut ſub colore divinitatis majorem illis ſubditi obedientiam præſtarent. Nulla enim gens tàm fera vel barbara, quæ non ad Dei cultum ſpectantia myſteria cœco quaſi obſequio veneretur. Calluit hanc artem quoque Numa Pompilius, qui, ut novis legibus majorem conciliaret autoritatem, cum Deâ Ægeriâ ſe nonnunquam colloqui, præ ſe tulit, quaſi illâ dictatrice Romanis ſcita ſua præſcriberet. Ita namque Livius: *Numa, ut rudi plebi metum Deorum incuteret, & leges ferret, ſimulavit ſibi cum Deâ Ægeriâ nocturnos congreſſus, ejusſe monitu, quæ acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere &c. lib* 1. *cap.* 14. Add. *Plutarch. in Num. Pompil. Diod. Sicul. lib.* 1. *Bibliothec. cap.* 94.

III.

Sed cùm Leges XII. Tabb. ex optimis Græcarum civitatum ſtatutis & moribus collectæ reliquæq; Jurisprudentiæ Romanæ partes creſcente republ in devictis gentibus, uti fieri aſſolet, imponerentur; non adeò opus fuit falsâ perſuaſione. Nam prono affectu etiam liberæ nationes paſſim Romana Jura amplexæ ſunt, maximè, cùm ultimam quaſi manum à Divo Juſtiniano noſtro recepiſſent; uti prolixè oſtendit *Arthurus Dück. de autor. Jur. Civil. Rom.*

IV.

Fortaſſis aliqui occurrunt nævi; ſed nec ingrati in pulcherrimo cæterà corpore. Divinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt, humani verò juris conditio labilis eſt, & peccandi conſuetudinem penitùs exuere nequit. Audet tamen Romanum jus omnibus palmam præripere. Verè magn⁹ JCtus: omnes propè Europæi, qui jugo Turcico colla non ſubdidére, hoc jus receperunt; quo tenentur in iis cauſis, quæ propriis legibus definitæ non ſunt; unde dici ſolet *jus commune*. Alij verò, qui nondum receperunt, tenentur tamen quoad jus naturale & gentium, his libris comprehenſum; quæ verè Juris Romani quodammodò partes non origine, ſed agnitione, & quòd Romani utrumque apertiùs proponendo approbatione & ſanctione ſuum fecerint. Quilibet tandem populi Legum patriarum moderationem non commodiùs, quàm ex his legibus, æqui & boni limpidiſſimis fontibus, petere poſſunt. vid. *Donell.* 1. *cap* 16. *ibiq; Hillig.* Add. *Treutl. vol.* 1. *Diſp.* 1. *th.* 5. *lit. a.* ubi etjam Turcas Jure Romano uti probat.

V.

Equidem majores noſtri neque fortitudine, neque prudentiâ Romanis facile ceſſére; illam verò, quæ privatis rebus modum dat, ex ipſo Juris Juſtinianéi theſauro avidiſſimè hauſerunt. Maximè id tùm conſtitit, cùm autoritate Lotharij II. Imp. jus illud publicè Bononiæ prælegi ceptum; confluentibus undique Germanis, non ſolùm rei novitate, ſed etiam dignitate captis. vid. *Carol. Sigon. de Regno Ital. lib.* 11. *&* 15. *Raph Volaterranus lib.* 21. *Anthropolog. Cæſar. Baron. Card. Annal. Tom. XII. ad an.* 1158. *num.* 7. *&* 10.

VI.

Longè anteà Jus Feudale, (quod hodie apud nos vim legis habet. vid. *Locam. quæſt. feud.* 1. *Fr. Duaren. in commentar. ad conſuet. feud.*) Germaniæ populis uſitatum fuiſſe videtur. *arg. cap.* 1. *§.* 1. *de his, qui feud. dar. poſſ.* 1. *feud.* 1. ibi: *antiquiſſimo tempore.* Quos ipſos initia juri iſti dediſſe, non ſolùm verba originaria indicant, v. g. *feudum, Capitaneus, Morganatica, Allodium, Cavena, Marchiones* &c. vid. *Hotomann. de verb. feudalib.* verùm etiam ipſi Compilatores ſatis innuunt. arg. *cap.* 1. *de feud. cognit.* 2. *feud.* 1. Atque ita ſentiunt *Jul. Clarus lib.* 4. *Sententiar § feudum. quæſt.* 1. *Bodin. de Rep. lib.* 1. *cap.* 7. *pag. m.* 87. *& ſeq. Fachin. lib.* 7. *controverſ.* 2. *Hotomann. diſput. de feud. cap.* 2. *Chriſtoph. Beſold. in Theſaur. Practic. in voc.* Lehen. *lit. L. n.* 27. *Ludvv. Synopſ. feudal. cap.* 1. *pag.* 5.

VII.

Neque tamen negare audemus, affinitatem quandam feuda habere cum Romanorum hominibus in *l.* 2. *§.* 1. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 1. *C. de commerc. l. un. C. de conduct. & procurat. præd. fiſcal. lib.* 11. 71. *l. Senatorum.* 4. *C. de dignit.* 12. 1. Quales dicebantur procuratores, actores, cuſtodes, conductores, emphyteuticarij, chartularij, vaſalli. *Gothofr. ad l.* 1. *C. de commerc. & d. l.* 4. *C. de dignit.* quibus olim ad tempus poſſeſſio concedebatur. *arg. cap.* 1. *§.* 1. *de his, qui feud. dar. poſſ.* 1. *feud.* 3. *vid. Cujac. lib.* 8. *obſervat.* 14. *Hattyſer. in Conſuet. feudor. cap.* 1.

VIII.

VIII.

Sed & diſtributio agrorum, militibus veteranis facta, feudis originem præbuiſſe veroſimile eſt. *Gothofr. ad l. Lucius.* 11. *ff. de eviction. l. item ſi.* 15. *§.* 2. *ff. de R. V.* Nam Romani militibus, qui ſtipendiis emeritis, legitimoque tempore expleto (quod erat 20. annorum. *l. ſed &* 8. *§.* 2. *ff. de excuſat. l. fin. C. de his, qui non implet. ſtipend.*) honeſtam miſſionem impetraſſent. *arg. l. teſtamenta.* 26. *ff. de teſtam. milit.* agros hoſtium non modò in præmium, ſed etiam, ut impoſterum vel ipſi, vel eorum liberi tantò lubentiùs militiæ nomen darent, ſunt elargiti. *arg. d. l.* 11. *d. l.* 15. *§.* 2. *de R. V. l. in agris.* 16. *ff. de A. R. D.* vid. *Lal. Taurell. de militiis ex caſu circ. fin.* Quo ſpectant verba *Lampridii:* quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis Ducibus & militibus donavit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentiùs eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. in *Alexandr. Sever.*

IX.

Fortè Gallorum quoque veterum inſtituta initiis feudalibus ſuffragantur, uti vult *Fr. Connan. lib.* 2. *Commentar. cap.* 9. *n.* 6. Ita namque Cæſar: *aliâ ex parte Oppidi Sotiatium* (Aquitaniæ) *Adcantuannus, qui ſummam Imperij tenebat, cum DC. devotis, quos illi* Soldurios *appellant; quorum hac eſt conditio, ut omnibus in vitâ commodis unà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint. Si quid eis per vim accidat, aut eundem caſum unà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neq; adhuc hominum memoriâ repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret.* lib. 3. de Bell. Gallic.

QUÆSTIO II.

An in feudo filioſ. conceſſo pater habeat uſumfructum?

X.

PEculium, dictum quaſi puſilla pecunia. *l. depoſiti.* 5. §. 3. *ff. de pecul.* eorum proprium eſt, qui ſub aliorum ſunt poteſtate, voluntate domini vel patris conceſſum. *d. l.* 5. §. *fin. junct. l. fin. in fin. C. de inoff. teſtam.* in genere cujuslibet patrimonium deſignat. *l. cogi.* 16. *pr. ff. ad SCt. Trebell.* interdum id, quod bonus paterfamilias præſidij loco reponit; unde veterum ruſticorum apud Romanos proverbium: *pecuniam ſine peculio eſſe fragilem.* in *l. ſi chorus.* 79. §. 1. *ff. de leg.* 3. Olim Gallis *peculia* dicebantur, quæ hodie paraphernalia, teſte Ulpiano in *l. ſi ego.* 9. §. 3. *pr. ff. de jur. dot.*

XI.

Peculium liberorum Dd. communiter in paganum & militare diſtinguunt, & illud, ad exemplum dotis, in profectitium & adventitium. Profectitium appellant, quod liberi vel ex re patris, vel ejus occaſione & intuitu accipiunt, ut induſtriam in eo ſuam exerceant. *arg.* §. 1. *verſ. ſancitum Inſt. per quas perſon. l. cum oportet.* 6. *pr. verſ. ſi quis. C. de bon. quæ liber.* v. g. ſi quis donaturus patri dederit filio. *arg. l. profectitia.* 5. §. 2. *ff. de jur. dot.* aut ſi amicus vel cognatus patris filio aliquid dederit vel reliquerit. *arg. l. ſed plures.* 10. §. *in arrogato.* 6. *in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.*

XII.

XII.

Adventitium peculium eſt, quod liberi non ex patris ſubſtantiâ, vel ejus occaſione, ſed ex aliis quibuſcunque cauſis paganicis, v. g. ex ſucceſſione maternâ, liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis acquirunt. *d. l. 6. verſ. ſi quis & a §. 1. in fin. Inſt. per quas perſon. l. 1 & 2. C. de bon. matern.* In profectitio pater omne jus habet, & proprietatem & uſumfructum. *d. §. 1. verſ. ſancitum. d. l. 6. pr. fac. l. emptor. 65 §. 1. ff. de R. V.* Unde & creditores patris idem peculium occupant. *arg. pr. verſ. ex hoc. Inſt. quib. non eſt permiſſ.* Exceptio eſt, ſi patris bòna à fiſco propter debitum occupentur. Nam tùm liberi peculium hoc ex conſtitutione D. Claudij ſeparatum retinent. *l. 3. §. ſed utrum. 4. in fin. ff. de minor.*

XIII.

In peculio autem adventitio liberi proprietatem, pater uſumfructum habet. *d. pr. in fin. Inſt. per quas perſon. d. l. 6. pr. verſ. ſi quis. & l. fin § 3. C. de bon. quæ liber. d. l. 1. §. 2. de bon. matern.* Et id quidem in adventitio regulari & ordinario procedit. Nam in extraordinario pater quoque nihil juris habet, v. g. ſi quid ab Aſcendentibus eâ lege liberis relictum, ut ne pater uſumfructum haberet. *Auth. excipitur. C. de bon quæ liber. Nov. 117. cap. 1. fac. l. Imperator. 50. ff. ad SCt. Trebell.* Idem eſt in hæreditate fratris vel ſororis, ad quam unà cum patre liberi admittuntur. *Auth. item hæreditas. C. d. t. de bon. quæ liber. Nov. 118. cap. 2.* etiam extranei, ſi pater aditioni noluit conſentire. *d. l. fin. pr. & §. 1. C. de bon. quæ liber.*

XIV.

Militare peculium eſt, quod filiif. ex militiâ armatâ vel togatâ acquirunt; quorum illud caſtrenſe, hoc quaſi caſtrenſe vocatur. Caſtrenſe peculium per cauſam militiæ in caſtris vel extra caſtra degenti filiof. provenit; uti ſunt ſtipendia, præda ex hoſte, & quæ in militiam abeunti, vel in eâ verſanti à parentibus, cognatis, uxore vel amicis donantur. *l. caſtrenſe.* 11. *l. ſi militi.* 6. *ff. de caſtrenſ. pecul. l.* 1. *C. eodem.* Quaſi caſtrenſe ex togatâ militiâ profluit, & quidem in genere omnibus iis competit, qui in diverſis dignitatibus vel adminiſtrationibus poſiti à Principe, vel ex publicis ſalariis quasdam conſequuntur largitates. *l. fin. pr. verſ. in tali C. de inoff. teſtam.* Huc referri poſſunt *l. ſacroſancta.* 34. *l. cùm lege.* 50. *C. de Epiſ. & Cler. Nov.* 123. *cap.* 19. *l. cùm multa.* 7. *C. de bon. quæ liber.*

XV.

In peculio caſtrenſi pater nihil juris habet. *l.* 3. *C. de caſtr. pecul. l. ex notâ.* 10. *ff. eod.* niſi quòd in bonis filij proſcriptis fiſco præferatur. *l.* 3. *C. de bon. proſcript.* Filij enim proprium patrimonium eſt. *d. l.* 3. *C. de pecul. caſtr. l.* 3. *§. ſi autem.* 10. *ff. de minor.* de quo pro lubitu diſponere, etiam per teſtamentum poſſit. *d. pr. Inſt. quib. non eſt permiſſ. l. filiusfam.* 7. *in fin. ff. de donat.* cùm in eo pro patrefamilias habeatur. *l.* 2. *ff. de SCt. Maced. l. ſi quis.* 6. *§. fin. ff. de iniuſt. rupt.* Idem dicendum de peculio quaſi caſtrenſi, quippe quod ad imitationem peculij caſtrenſis eſt introductum. *l. fin. §.* 1. *C. de inoff. teſtam. §. fin. Inſt. de milit. teſtam.* hoc ſaltem diſcrimine, quòd in caſtrenſi etiam jure militari, in quaſi verò caſtrenſi

ſtrenſi tantùm jure communi filiusfam. teſtamentum condere poſſit. *dd. text.*

XVI.

Sed quæritur, ad quodnam genus peculii feudum, ſi filioſ. conferatur, ſit referendum? Qui patri uſumfructum deferunt, adeoque peculij adventitij inſtar eſſe feudum hoc cenſent, adducunt (1) patrem & filiumf. pro unâ haberi perſonâ. *arg. l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. l. cùm ſcimus.* 22. *§.* 1. *de agricol. & cenſit.* 11. 47. Fac. *can. jam itaq.* 8. *cauſ.* 1. *quæſt.* 4. *can. contradicimus.* 21. *§. hac autoritate. cauſ.* 35. *quæſt.* 3. (2.) feudum eſſe uſumfructum. 2 *feud.* 23. *in fin.* uſumfructum filioſ. datum patri acquiri. *l. fin. C. de uſufruct.* (3.) quæſtionem jure feudali non eſſe deciſam; ſtandum igitur juris civilis diſpoſitioni. *arg.* 2. *feud.* 1.

XVII.

Atque ita ſentiunt *Fachin. lib.* 7. *controverſ.* 77. *Mozzius tit. de naturalibus Feudor. n.* 47. *Niell. diſp. feudal.* 2. *th.* 5. *lit. d.* Quanquam id procedere limitent, niſi feudum à Principe ſit conceſſum. *arg. d. l.* 7 *C. de bon. quæ liber.* vel dignitati perſonæ vaſalli cohæreat. *arg. l.* 3 *§. ſi quid.* 7. *circ. fin. ff. de minor.* vel occaſione militiæ ſit quæſitum. *arg. §* 1. *verſ. quæ n. Inſt. per quas perſ. junct. d. l.* 11. *d. l.* 6. *ff. & l.* 1. *C. de caſtr. pecul.* vel denique pactum adjectum, ne uſusfructus ad patrem tranſeat. *arg. d. Auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. d. Nov.* 117. *cap.* 1.

XVIII.

Verùm tutior & receptior eſt contraria ſententia. Nam (1.) feuda ut plurimum contemplatione militiæ conceduntur. *arg.* 1 *feud.* 19. *cap.* 1. *&* 2. *& tit.* 22. *cap.* 1. 2. 3. *& paſſim.* adeoque peculiis caſtrenſibus, vel quaſi ſunt accenſenda, in quibus patri nihil juris. *vid. ſupr. th.* 15. (2.) ita uſusfructus rei feudalis ad accipientem tranſit, ut ad eum & hæredes, non verò aſcendentes pertineat. 2. *feud.* 23. *cap.* 1. *in fin. & cap.* 50. (3.) ſi uſusfructus feudi patri acquireretur, non ſolùm ipſe filius ex voluntate domini ſervitia præſtare non poſſet, ſed contra manifeſtam æquitatem & feudalem conſtitutionem ſervitiorum onus absque ullo commodo ſentiret. Et hanc ſententiam probant *Vult. lib.* 1. *de feud. cap.* 4. *n.* 8. *Hillig. ad Donel. lib.* 10. *cap.* 3. *lit. a. Hattyſer. in Analyſi jur. feud. cap.* 6. *lit. e. C. I. A. ff. ad tit. de uſufr. th.* 15. *Hænon. diſp.* 5. *ad Inſtit. quæſt. ult. Harpr. ad §.* 1. *Inſt. de uſufr. n.* 31. *& ſeqq. Ludvv. Exercit. ad Inſt.* 5. *th.* 9. *lit. e. in fin. & in Synopſ. feudal. cap.* 6. *pag.* 147. *edit. prior.*

QUÆSTIO III.

An legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis ſuccedant?

XIX.

ITa communiter docent Dd. & cum iis *Jul. Clarus lib.* 4. *ſententiarum §. feudum. quæſt.* 82. *n.* 4. *Franciſc. Vivius. lib.* 1. *commun. oipn.* 304 *n.* 2. *ſeqq. Gail. lib.* 2. *obſerv.* 141. *n.* 2. *Mynſing. centur.* 5. *obſ.* 42. *Fachin. lib* 7. *controv.* 51. *& lib.* 12 *controv.* 7. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 2. *th.* 6. *lit. ſ. Heig.*

ad

ad pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. cap. 5. n. 158. VVurmſer. Exercit. Juris Publ. 2. *quæſt.* 10. *Ungep. Exercit. Juſtin.* 9. *quæſt.* 5. *Harpr. ad d. pr. Inſt. n.* 316. *& ſeqq.* Quam ſententiam non ſolùm in Camerâ, ſed in aliis paſſim judiciis receptam meritò in conſulendo & judicando ſequendam eſſe, aſſerit *Harpr. d. l. n.* 315. *in fin.* & *Vult. de feud. cap.* 9. *n.* 93. *in fin.*

XX.

Rationes potiſſimùm ſunt hæ (1.) Jure feudorum diſertè cautum, ut, quoties caſus aliquis feudorum placitis non ſit expreſsè deciſus, ex jure communi ejusdem deciſio petatur. 2. *feud.* 1. Atqui per ſubſequens matrimonium legitimatos non ſolùm jure civili æquè atque alios legitimè natos ſuccedere. *§.* 2. *verſ. nec non eos. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. l. cùm quis.* 10. *in fin. l. de natural. lib. Nov.* 12. *cap. fin. in fin. Nov.* 89. *cap.* 8. *in pr.* ſed etiam Canonico. *cap. tanta.* 6. *X. qui fil. ſint legit.*

XXI.

(2.) Non latuiſſe conſuetudinum feudalium conditores, quid de legitimatis per ſubſequens matrimonium jure communi ſit conſtitutum; ſi ab eo abhorruiſſent, procul dubio nominatim, ut alia multa, expreſſuros fuiſſe. (3.) Non obſtare *§. naturales.* 2. *feud.* 26. quippe qui agat de ſucceſſione præſenti, patre jam mortuo, adeoque excludat legitimationem per ſubſequens matrimonium; id innui non ſolùm *arg. rubr. ſi de feud. defuncti* &c. ſed etiam per verbum *admittuntur*: & quod dicatur *fiant legitimi.* Nam hoc eorum eſſe, qui per reſcriptum Principis legitimentur,

 cùm

cùm illi per ſubſequens matrimonium planè exiſtant legitimi. *arg. d. Nov. 12. in fin. d. Nov. 89. cap. 8. in pr.*

XXII.

Sed quidquid horum ſit, putamus, quæſtionem noſtram jure feudali ſatis clarè eſſe deciſam. Cùm enim *d. §. naturales.* generalis ſit, & omnem diſtinctionem reſpuat, noſtrum non erit eandem adhibere. *arg. l. de pretio. 8. ff. de public. in rem act.* Reverà enim legitimatus hic extra matrimonium juſtum eſt natus; neque fictio contrarium operabitur, ubi intentio Domini & Parium conditio omnem maculam, vel ejus ſuſpicionem excludit. Optimè *Baldus ad d. §.* in hiſce legitimatis conſolidatum quidem eſſe vulnus, remanere tamen cicatricem. Jam verò tenor inveſtituræ legitimè natis defert ſucceſſionem. Conſtat enim, Germanis maximè ſincera ſemper placuiſſe matrimonia; unde ſuperiore ſeculo Ferdinandi Auſtriæ Archiducis liberi ex Velſerâ nati, ab Ordinibus paternæ hæreditatis capaces minimè ſunt habiti; quanquam, verba ſunt *Hiſtorici*, Romæ, quod inter Germanos ducebatur contubernium, pro legitimo matrimonio reputabatur. *Thuan. ad ann. 1595. lib. 71. & 112.*

XXIII.

Dein abſurdum eſſet, ſi de naturalibus liberis generaliter negetur ſucceſſio in feudis; ſi non de legitimatis idem promiſcuè negaretur, cùm eodem enunciationis nexu conjungantur. Et, ſi de eo caſu, ubi ſucceſſioni locus eſt, *d. §. naturales.* eſt intelligendus; videbitur eſſe Domitiana deciſio de legitimatione, quæ fit per reſcriptum Principis; cùm jam vel aliis legitimè natis

liberis

liberis vel agnatis ſucceſſio ſit delata. *Gail. lib. 2. obſerv 142. n. 11. Ludvv. Exercit. Juſtin. 2. th. 7. in fin.* in quorum præjudicium illa fieri non ſoleat; neque permitti, ſi alij legitimè nati ſuperſint. *Nov. 89. cap.* 11. *§.* 1.

XXIV.

Atqui textus noſter agit de caſu magis dubio, adeoque de illis, qui cum aliis in ſucceſſionem venire poſſunt. Si ergò de legitimatis per reſcriptum Principis commodè explicari nequit, cùm ji & jure communi, uti dictum, excludantur; reliquum eſt, ut de legitimatis per ſubſequens matrimonium accipiatur. Nam quæ per oblationem curiæ legitimatio fieri conſvevit, vix tùm temporis ampliùs obtinuit; neque aliter poſt mortem patris proceſſit, quàm aliis legitimis liberis non extantibus. *d. Nov. 89. cap. 2. §. 2. in fin.* Atque ita ſentiunt *Hotoman. ad d. §. naturales. 2. feud. 26. Vult. d. cap. 9. n. 93. & ſeqq. C. I. A. ad tit. de concubin. th. 10. circ. fin. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 2. th. 6. lit. f. Niellius diſp. feudal. 5. th. 7. lit. d. Ludvv. Exercit. Juſtin. 10. th. 2. lit. c. circ. fin. & Synopſ. feudal. cap. 10. pag. m. 262. & Tr. de Succeſſione feud. cap. 2. pag. m. 209. & ſeqq.*

QUÆSTIO IV.

An feudo legato debeatur æſtimatio?

XXV.

VAſallum non poſſe de feudo diſponere, ne quidem per ultimam voluntatem, etiamſi ſit pro-

ſalute animæ, notiſſimi juris eſt. 1. *feud.* 8. *in pr.* & 2. *feud.* 9. §. 1. ſcilicet ſi hoc agitur, ut jus Domini & agnatorum turbetur. Quia enim Vaſallus dominus non eſt; neque dominii jus exercere poterit, neque prohibitam alienationem favore ultimæ voluntatis perficere. Patronus namque perpetuam ſibi beneficij autoritatem retinet, ita ut cuicumque de ſtirpe feudum obvenerit, is non parentem, ſed Patronum beneficij autorem agnoſcat. *Hotom. in commentar. ad d. cap.* 8. & *diſput. de feud. cap.* 18. Et cùm alienatio feudi interdicta ſit. 1. *feud.* 13. 2. *feud.* 9. & 39. etiam hæredis inſtitutio. *arg. l. peto.* 96. §. *fin. in pr. ff. de leg.* 2. legatum. *arg. l. dotalem.* 16. *ff. de teſtam. milit. l.* 1. *C. de fund. dot.* adeoque & fidei commiſſum & mortis causâ donatio interdicta erunt. *l.* 1. §. 1. *ff. ſi quis in fraud. patron. l. & fidei commiſſum.* 87. *ff. de leg.* 3.

XXVI.

Sed nec Dominus feudi ordinatione quadam vel jus vaſalli intervertere, vel jus ſuum alij cedere poterit, ne invito novus Patronus accedat. *arg.* 2. *feud.* 34. §. 1. & 55. §. 1. *verſ. Praterea. Hartm. Hartm. pract. obſervat. tit.* 54. *de feud. obſerv.* 40. *Heig. part.* 1. *quæſt.* 19. *n.* 15. *Vult. lib.* 1. *de feud. cap.* 10. *n.* 71. Multò minus ergò extraneus de feudo diſponet, cui nihil in id juris competit. *arg. l.* 2. *ff. ſi à par. quis manumiſſ. fuer. l. ſi noxale.* 27. §. 1. *ff. de noxal. act. l. in re.* 21. *C. mandat.* Sed ſi feudum legatum ſit, debebiturné æſtimatio ab hærede? N. communiter Dd. uti videre eſt apud *Jul. Clarum lib.* 4. *ſentent.* §. *feudum. quæſt.* 40. *n.* 4. *Gail. lib.* 2. *obſervat.* 154. *n.* 13. & *de Pac. public. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 5. *Fachin. lib.* 5. *controverſ.* 37. *Hænon. diſput.* 10. *ad Inſt. th.* 24. *Vult. d. l. cap.* 9. *num.* 72.

Harpr.

Harpr. ad §. non ſolùm. 4. Inſt. de legat. n. 30. Affirmant alij & quidem Barthol. Camerarius *ad cap. imperialem. de prohibit. feud. alien. 2. feud. 54. pag. m. 99. & ſeqq. Joh. Fab. ad d. §. 4. Bald. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. n. 3. 1. Feud. 8. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 11. n. 8. Ludvvel. Exercit. 9. th. 3. lit. g. & Synopſ. feudal. cap. 9 p. m. 222.*

XXVII.

Et hanc ſententiam juri noſtro convenientiorem putamus. Cùm enim rei alienæ legatum hactenus valeat, ut hæres eam redimere cogatur, etiamſi difficilis ſit comparatio. *l. cum ſervus.* 39. *§. conſtat. 7. ff. de leg.* 1. ſi juſto pretio poſſit. *l. non dubium eſt.* 14. *in fin. ff. de leg.* 3. vel, ſi id immodicum aut ſi res redimi nequeat, æſtimationem præſtare. *d. l.* 14. *& §. non ſolùm.* 4. *Inſt. de legat.* modò teſtatur ſciverit rem alienam eſſe. *d. §. 4. l. unum. 67. §. ſi rem. 8. ff. de leg. 2.* vel etiam ad pias cauſas vel perſonæ conjunctæ relictum ſit. *l. cùm alienam.* 10. *C. de legat.* nihil cauſæ ſubeſſe videmus, quare feudi æſtimatio non debeatur; præſertim cùm jure feudali de æſtimatione nihil ſit cautum, adeoque juri communi ſtandum. 2. *feud.* 1. Neque ullo modo vel Domini vel vaſalli præjudicium hîc verſetur, ſi æſtimatio ab hærede præſtetur. Nam & prædiorum dotalium & rerum fideicommiſſo obnoxiarum prohibita alienatio; & tamen, ſi legentur, æſtimatio debetur. *arg. l. cùm pater. 77. §. qui dotale. 5. & §. cùm pater. 7. ff. de leg. 2.*

XXVIII.

Non movet (1.) quòd ordinatio in feudo planè non valeat. 1. *feud.* 8. uti & legatum uſusfructus peni-

tùs inutile ſit. *l. quod in rerum.* 24. *§.* 1 *ff. de leg.* 1. *l. uxor.* 20. *C. l. eod.* adeoq; nullum effectum habere poſſit. *arg. l. non dubium.* 5. *C. de LL.* (2.) quòd rerum earum, quarum commercium non ſit, ne quidem æſtimatio debeatur. *d. §.* 4. *Inſt. de legat.* feudorum autem commercium non eſſe, cùm diſtrahi non ſoleant. *arg. l. ſervus.* 39. *§. fin. in fin. ff. de leg.* 1. *l. ſed Celſus.* 6. *pr. ff. de contrah. empt.* (3.) quòd nihil interſit, ipſam rem quis habeat, an verò ejus æſtimationem. *arg. l. Labeo.* 14. *in pr. ff. de V. S. l. quia qui.* 39. *ff. de uſufr.*

XXIX.

Nam Reſp. (1.) etiam diſpoſitionem circa res alienas procul dubio inutilem eſſe, cùm iniqua ſit. *d. l.* 2. *ff. ſi à par quis manumis. l.* 3. *§.* 2. *in fin. C. commun. de legat.* & tamen quoad æſtimationem vel intereſſe valere. *arg. l.* 1. *ff. de uſ. & uſufr. leg. vid. ſupr. th.* 27. Ideò legatum uſusfructus à fructuario relictum eſſe inutile; quia deficiat voluntas teſtatoris ob errorem; voluit enim ipſum uſumfructum legare, quod non potuit, quippe qui morte exſpirabat. *Gl. ad d. l.* 20. *C. de legat.* (2.) feudum eſſe in commercio, cùm neque naturâ neque lege ſit exemtum, etſi non niſi certis conditionibus vendi poſſit, neque promiſcuè ab omnibus haberi; ideò æſtimationem dandam. *arg. l. filiusf.* 114. *§. ſi quid.* 5. *ibiq; Gothofr. ff. de leg.* 1. (3.) differentiam hîc eſſe in eo, quòd quidem vel Domini vel vaſalli interſit, rem feudalem per legatum in alium minimè transferri; non item, ſi detur æſtimatio. Nam tùm neutrius jus lædi.

Quæſt.

QUÆSTIO V.

An fœmina ſemel excluſa in perpetuum cenſeatur excluſa?

XXX.

NOtandum, quòd licet filiæ, ut maſculi, patribus ſuccedant, legibus tamen à ſucceſſione feudi removentur; ſimiliter & earum filij, niſi ſpecialiter dictum fuerit, ut ad eos pertineat. 1.*feud.* 1. §. 3. *&* 1.*feud.* 14. *in fin.* 2.*feud.* 11. *verſ. ad filias.* 2.*feud.* 50. *pr.* Quin etjam, ſi quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, relicto maſculo, ulteriùs fœminæ non admittantur. 1. *feud.* 6. §. 1. Nam filia non ſuccedit in feudo, niſi inveſtitura fuerit facta in patre, ut filij & filiæ ſuccedant in feudum; tunc enim ſuccedit filia filiis non exſtantibus; vel niſi inveſtitæ fuerint, 1.*feud.* 8. *pr. &* §. 2. *&* 1. *feud.* 24. 2.*feud.* 17. *in pr.* 2.*feud.* 30. *&* 2.*feud.* 51. §. 3.

XXXI.

Ratio regulæ iſtius, quia fœminæ, uti ab omnibus civilibus officiis. *l.* 2. *ff. de R. I. l. pen. ff. de edend. l. cum prætor.* 12. §. 2. *in fin. ff. de judic.* ita etiam militaribus & clientelis naturæ quadam imbecillitate arcentur. *arg. pr. in fin. Inſt. quib. alien. lic. l.* 1. *C. quando mulier offic.*

per pactum poteſt mutari. *arg. l. nec ex. 27. ff. de R. I.* & patronus beneficij modum ponere. *arg. l. Neratius. 191. ff. de R. I.* Ratio limitationis; quia tùm demum locus eſt extraordinariæ proviſioni, ſi ordinarium remedium deficiat. *arg. l. in cauſa. 16. pr. ff. de minor.*

XXXII.

Ponamus, factam eſſe in perſonâ Titij ejusdemque filiorum & filiarum inveſtituram; Titio defuncto filium ſucceſſiſſe & ſine liberis objiſſe; quæritur, *an ſuperſtes Titij filia ad feudum admittenda ſit, an verò feudum reverti debeat ad dominum?* Poſterius magno numero affirmant Feudiſtæ, eamque ut communem canoniſatam & probatiſſimam opinionem paſſim laudant & conſulendo judicandoque ſequendam ajunt *Mozzius in tit. de Natural. feudor n. 99. Gail. lib. 2. obſerv. 148. n. 1. Schneidvin. part. 6. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 50. Fachin. lib. 7. controverſ. 45. Harpr. ad d. pr. Inſt. de hared. quæ ab inteſt. n. 197. & ſeqq.*

XXXIII.

Moventur præcipuè unico fundamento ex *d. §. 1. 1. feud. 6.* ubi habetur, exiſtente vaſallo maſculo in allatâ inveſtituræ ſpecie, fœminam ulteriùs non admitti: particulam autem *ulteriùs* ibi non temporalem, ſed perpetuam excluſionem denotare; cùm eo caſu feudum ad dominum reverti apertè dicatur. *d. cap. 6. in fin. & arg. cap. cum acceſſiſſent. 8. ibi: ne primiceriatus dignitas eſſet ulteriùs in Eccleſia. X. de conſtitut. l. 3. in fin. C. de præſcript. 30. annor.* Accedere, quod fœminæ ſub conditione intelligantur vocatæ, ſi maſculi non

extent.

extent. 1. *feud.* 8. 2. *feud.* 17. *&* 30. ideò ſatis eſſe, ſi conditio ſemel defecerit; nam tùm, qui ſub conditione vocatus ſit, ampliùs admitti non poſſe. *arg. l. ex facto.* 17. *§. pen. & l. hæredibus.* 77. *pr. ff. ad SCt. Trebell.* jus quoque fœminæ, per exiſtentiam hæredis maſculi ſemel extinctum, non reviviſcere. *arg. l. inter.* 83. *§. ſacram.* 5. *ff. de V. O.*

XXXIV.

At contraria ſententia, uti æquior, ita probabilior nobis eſſe apparet: & probatur 1. *feud.* 8. §. 2 ubi filiis non exſtantibus ſuccedit filia; qui textus generaliter loquitur, adeoque generaliter intelligendus. *arg. l.* 1. §. 1. *ff. de legat præſtand. &* 2. *feud.* 17. ubi fœminæ in ſucceſſione feudi locus non patet, donec maſculus ſupereſt; E. ſi maſculus non ſupereſt, fœmina admitti debet, argumento à contrario ſenſu, quod in jure fortiſſimum dicitur. *arg. l.* 1. *pr. ff. de offic. ejus, cui mand.* & apertiſſimum in *l. ſi locuples.* 57. *in fin. ff. de manum. teſtam.* Facit, quod particula *donec* regulariter non perpetuam, ſed temporariam tantùm excluſionem denotet. *arg. l. legatum.* 17. *ff. de ann. legat. l. cui uſuſfr.* 30. *l. generali.* 32. *§. duas.* 6. *ff. de uſufr. leg. l. ſi ante.* 6. *ff. ſolut. matrim.* *VVehner. in obſerv. pract. in voc.* biß ſo lang. *in pr. Beſold. in Theſaur. Pract. lit. B. n.* 60. *circ. fin. Ruding. lib.* 1. *obſ.* 66.

XXXV.

no feudi poſſit, quòd non apertiùs legem inveſtituræ dixerit, adeoque meritò illa contra eum explicetur. *arg. l. veteribus. 39. ff. de pactis. l. Labeo. 21. ff. de contrah. emt.* Atque ita in Collegio Marpurgenſium JCtorum deciſum eſſe docet *Vultejus lib.* 1. *de feud. cap.* 9. *n.* 51. *& vol.* 1. *Marpurgenſ. conſil.* 23. *n.* 24. & de Collegio Witebergenſium teſtatur *P. Heig. lib.* 1. *quæſt.* 26. *n.* 9. ubi tandem *n.* 46. ſubjungit, communes opiniones quaſi naſci & denaſci novamque ſæpiùs invaleſcere. *arg. l. quæſitum.* 12. *§. ſed ſi.* 27. *ff. de inſtruct. l. inſtrum. leg.*

XXXVI.

Et hanc ſententiam ex Veteribus latiùs perſequuntur *Gl. add. §.* 1. 1. *feud. tit.* 6. *ibiq; Jac. de Bellovis.* quem octies legiſſe libros feudales & perfectè intellexiſſe perhibent, ut adeò in dubiis quæſtionibus illi parti ſit adhærendum, in quam ille inclinaverit: ex Recentioribus *Jul. Clarus in §. feudum. quæſt.* 80. *n.* 2. *Mynſing. centur.* 5. *obſerv.* 74. *Vultei. d. l. n.* 52. *& ſeqq. Heig. d. quæſt.* 26. *per tot. Forſter. lib.* 3. *de ſucceſſion. cap.* 14. *in fin. Philipp. Matth. vol.* 1. *Conſil. Marpurgenſ. conſil.* 20. *n.* 66. *& ſeq. & vol.* 2. *conſil.* 26. *n.* 63. *& ſeqq. Regner. Sixtinus d. l. vol.* 2. *conſil.* 18. *n.* 52. *Hænon. diſp.* 12. *ad Inſt. controverſ.* 5. *Paul. Berens. diſp.* 8. *ad Inſt. them.* 1. *quæſt.* 7. *Niell. diſp. feudal.* 5. *th.* 4. *ſub. lit. c. in fin. VVurmſer Exercit.* 2. *jur. publ. quæſt.* 12. *Ludvvell. Synopſ. feudal. cap.* 9. *p. m.* 243. *& Tr. de ſucceſſ. feud. cap.* 7. *p. m.* 357.

Quæſt.

QUÆSTIO VI.

Theſaurus in feudo repertus an ad Vaſallum pertineat?

XXXVII.

THeſauri nomine non ſolùm vulgò illa pecunia venit, quam boni patresfamilias præſidij causâ ſeponunt. *arg. l. ſi chorus.* 79. *§.* 1. *ff. de leg.* 3. *vid. ſupr. th.* 10. aut lucri causâ vel metus vel cuſtodiæ abſcondunt. *l. nunquam.* 31. *§.* 1. *ff. de A. R. D. l. theſaurus.* 15. *pr. ff. ad exhibendum. l. peregrè.* 44. *pr. ff. de adqr. poſſeſſ. l. ſi uxori.* 39. *§.* 1. *ff. de ann. leg.* ſed potiſſimùm, quam Principes in uſum neceſſitatis vel oſtentandæ potentiæ gratiâ aſſervant; qualis theſaurus S. Marci, San-Dionyſianus, San-Lauretanus, Dreſdenſis &c. de quibus *Philipp. Camerar. Horar. ſubciſiv. centur.* 1. *cap.* 63. *& ſeq. & centur.* 2. *cap.* 72. *Eman. Metteran. Hiſtor. lib.* 28. *ad ann.* 1607. *Andr. Schott. in Itinerar. Ital. lib.* 1. *tit. Ædes Lauretana. p. m.* 251. *Martin. Zeiller. centur.* 3. *epiſt.* 48. *& Itiner. German. part.* 1. *cap.* 17. *pag. m.* 386. *& ſeqq. Abrah. Golnitzius in Itinerar. Belgico-Gallic. in deſcript. S. Denys. p. m.* 181. *& ſeq.* Juridicè theſaurus eſt quædam depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. *d. l.* 31. *§.* 1. *l. ſi is.* 63. *§.* 1. *& ſeqq. ff. de A. R. D. l.* 3. *§. pen. & ult. ff. de jur. fiſci. l. à tutore.* 67. *ff. de R. V. l fructus.* 7. *§. ſi fundum.* 12. *ff. ſolut. matrim. §. theſauros* 35. *Inſt. de R. D. l. un. C. de theſaur.*

ventum à nemine movendum cenſet, ſed deos conſulendos; uti olim fecerint adoleſcentes, quibus poſt emtionem captus piſcium tripus aureus contigerat, poſtmodum ex judicio Sapientum Græciæ ipſi Apollini dicatus. *vid. Diog. Laërt. de vit. Philoſoph. lib.* 1. *in Thalet. Plutarch. in Solon.* Cùm ad Nervam Cæſarem Herodes Atticus referret, ſe theſaurum inveniſſe, reſcriptum eſt ab eo, licere inventori eo uti vel abuti. Ita Apollonius Tyanæus à Phraote Indorum R. inter emtorem & venditorem arbiter aſſumtus, inventori ſoli proprij totum adjudicavit; quæ deciſio quoque Scævolæ eſt in *d. l.* 67. *ff. de R. V. vid. P. Ærod. rer. judicat. lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 1. *P. Heig. lib.* 1. *quæſtion.* 13. *n.* 58. *& ſeqq.*

XXXIX.

Peſſimè judex iſte, cùm emtor repertum offerret venditori, & hic ſe domum omniaque vendidiſſe affirmaret, *Tu,* ait, *non vis theſaurum, & tibi is non debetur. Ergò mihi eundem ſervo*; uti teſtatur *Chryſoſtomus in Homil. ad Popul. Conſtantinopolit.* Ipſe D. Adrianus naturalem æquitatem ſecutus theſauros, quos quis in loco ſuo invenerit, inventori conceſſit. *d.* §. 39. *Inſt. de R. D.* quod etiam refert Æl. Spartianus: De theſauris, inquit, ita cavit, ut ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiretur. Si quis in alieno, domino daret; ſi quis in publico, cum fiſco æqualiter partiretur. in *Hadrian. Cæſ.* Alex. quoque Severus theſauros repertos iis, qui repererant, donavit, etſi multi eſſent; addidit his eos, quos in ſuis habebat officiis, teſte *Æl. Lamprid. in Alex. Sever.* quod de repertis non in loco proprio accipiendum, ſequentia evincunt *apud d. Lamprid.*

XL.

XL.

Jure noſtro civili theſaurus ſi artibus Magicis inveniatur, totus cedit fiſco. *l. un. C. de theſaur.* Nemo enim ex improbitate ſuâ lucrum ſentire debet. *l. 1. l. ne ex dolo. 12. ff. de dol. mal. l. ita demum.* 31. *pr. ff. de recept. l. itaq;* 12. *§. 1. ff. de furt.* ſi licitè & quidem fortè fortunâ in loco nullius, v. g. ſacro, religioſo, inveniatur, totus cedit inventori. *d. §. 39. Inſt. de R. D.* ſi verò locus ſit publicus vel fiſcalis, dimidia pars erit inventoris & reliquum fiſci. *d. §. 39. l. 3. §. pen. ff. de jur. fiſc. cap. un. quæ ſint regal. 2. feud.* 56. *in fin.* ſi verò ſtudio vel datâ operâ ſit inventus; totus ad fiſcum pertinet. *d. cap. un. in fin.*

XLI.

Quod ſi locus ſit privatus & alienus, ſiquidem ſtudio & datâ operâ inveniatur theſaurus, nihil eſt inventoris, ſed totus theſaurus domino loci reſtituendus. Nam quilibet ſuis frui debet, non alienis inhiare. *d. l. un. in fin. C. theſaur.* ſi verò fortè fortunâ invenerit, v. g. dum arat, fodit, vel aliud agit, dimidia pars erit inventoris. *d. l. un. circ. fin. l. fructus. 7. §. ſi fundum. 12. in fin. ff. ſolut. matrim.* quòd ſi verò in loco proprio inveniatur ſive datâ operâ ſive fortuitò, totus eſt inventoris. *d. §. 39. Inſt. de R. D. d. l. un. pr. C. de theſaur.* Eſt enim quodammodò donum fortunæ *l. ſi is. 63. §. 1. ff. de A. R. D.* aut Dei beneficium. *d. l. un. C. de theſaur.*

Prius probant *Gl. ad. d. §. 39. in verb. ſuo. Chriſtoph. Porc. ibid. num. 2. cum. Addit. Jaſon. Angel. Aret. ibid. num. 3. Schneidvin. n. 6. Mynſing. ibid. n. 7. Speculator lib. 4. part. 3. tit. de Emphyteuſi. n. 158. Niell. diſp. 11. de feud. th. 6. lit. f. P. Ferrar. in Pract. Papienſ. in form. libelli action. real. in verb. jure dominii. n. 12. C. I. A. ad tit ff. de A R. D. th. 49.* Ratio, quòd vaſallus ſit dominus. *2. feud. 8. in pr. verſ. Rei autem. l. poſſeſſores. 12. in fin. C. de fund. patrimon. 11, 61.* & quòd ad eum omne incrementum pertineat. *1. feud. 8. §. ſi quis. 5.* adeoque theſaurus, quippe fortunæ donum. *d. l. 63. §. 1. ff. de A. R. D.*

XLIII.

Sed rectiùs noſtro judicio poſterius defendunt *Placent. à Gl. ad. d. §. 39. & Speculat. d. l. allegat. P. Gilken. in præluд. ad tit. Inſt. de R. D. num. 57. & ad d. §. 39. n. 29. & ſeqq. Hænon. diſp. ad Inſt. 4. Controverſ. 17. Paul. Berens. diſp. 3. ad. Inſt. them. 2. quæſt. 3. Berlich. part. 2. concluſ. 2. n. 58. & 60. Harpr. ad. d. §. 39. Inſt. de R. D. n. 21. & ſeqq. Ludvvell. diſp. 4. ad Inſtit. th. 5. in fin. & in Synopſ. feudal. cap. 15. p. m. 380.* Rationes depromuntur ex iis, quæ ſuprà notavimus & inprimis ex *l. ſi is. 63. §. pen. in fin. ff. de A. R. D.* ubi tùm demum theſauri pars ad fructuarium pertinet, ſi ſervus, in quo uſumfructum habebat, eundem in ipſius fructuarij agro invenerit.

XLIV.

Cæterùm duo adhuc notabimus, (1.) in *d. l. 3. §. pen. ff. de jur. fiſci & d. §. 39. Inſtitut. de R. D.* antilogiam quandã apparere; de cujus conciliatione ſoliciti ſint *Gothofr. ad Nov. 51. Leon. Gilken. ad d. §. 39. n. 10 & ſeqq.* (2.) paſſim moribus totius pœnè orbis obtinuiſſe, ut theſauri in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE